

or notices of Roman Bath, with 52 illustrations. Lond. 1864 4.). In museo societatis litterariae (*the Bath Royal Literary and Scientific Institution*) servantur antiquitatum ibi repertarum pleraeque (perierunt tituli septem n. 37. 48. 50. 54. 56. 58. 59); titulos ibi descripsi Scarthiusque amicus quae postea prodibunt mecum se communicaturum promisit.

Addidi in fine locorum *Somersetshire* comitatus variorum titulos sparsos (sed *Walcot* Aquarum suburbium cum his non coniunxi, cf. Goughs Camden p. 115) repertos ad *Chessels* (n. 65), in quo numinis peregrini mentio fit (ibi prope etiam villarum rusticarum pavimenta diversa detecta sunt, cf. Collinson 2 p. 340; C. R. Smith collect. antiq. 2 p. 51 ss.), militares ad *Combe Down* et *Camerton* repertos (n. 62. 63), qui Scarthio debentur; denique fragmenta inter villae rusticae parietinas reperta (n. 64), quae Ricardus Colt HOARE, de quo dixi cap. II, descripsit et splendide

edit. Villarum rusticarum vestigia non minus conspicua detecta sunt ad *Stunsfield* (Th. Hearne itin. Leland. ed. III vol. 8 p. IX ss.), *Wellow* (cf. Th. Gale it. Ant. p. 88 et *Vetusta monumenta* 1, 1747 n. 34; Goughs Camden 1 p. 111. 118 ubi adduntur alia; *archaeol. journ.* 4, 1847 p. 355ss.), *Kings Weston* (*archaeol. journ.* 2, 1846 p. 209), *Cold Harbour Farm* (*proceed. of the soc. of antiq.* ser. II 3, 1867 p. 457). Sed neque ibi neque in reliquis eius regionis urbibus, veluti in *Bristol* (cf. Goughs Camden 1 p. 122 et Sam. Seyer (*memoirs . . of Bristol.* Bristol 1821/3 2 voll. 4. 1 p. 153), *Bridgewater*, *Portway* praeter rudera varia, nummos, similia quidquam prodiit, quod hic referamus.

Errore a scriptoribus Aquensibus huic loco tribuitur titulus a LISTERO editus a. 1683 infra n. 211; item a Guil. Phelps (*Somersetsh.* 2, 2 p. 179) ad Uxellodunum in Cumbria pertinens (infra n. 498).

36 Bath, rep. a. 1754 in the upper part of Stall Street. Servatur in museo. Litterae sunt optimae saeculi primi.

PEREGRINVS
SECVNDI FIL
CIVIS · TREVER
LOVCE TIO
5 MARTI · ET
NEMETONA
V · S · L · M

Peregrinus Secundi fil(ius) civis Trever Loucetio Marti et Nemetona v(otum) s(olvit) l(ibens) m(erito)

Descripsi. I. Ward *philos. transact.* 49, 1755, p. 285 tab. 8 fig. 1 (inde Collinson 1 p. 13 tab.; Warner p. 29 tab. 5; Goughs Camden 1 p. 118 tab. 8 fig. 10; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 243; e Camdeno Henzen 5898); Lysons tab. 11 fig. 2; Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss., Aq. Sol. p. 42.

4 IOV · CETIO *Iovi Cetio* Ward indeque reliqui (Scarth excepto) legerun male. Mars Loucetius satis notus est; Nemetona Nemetum dea redit in titulo Altae ripae in Germania superiore reperto Henzen 5904 (Brambach 1790). Dativus in *a* barbarus redit infra n. 46.

37 Bath rep. a. 1754 una cum praecedente; servatur in museo. Ara literis saeculi secundi.

S V L E V I S
S V L I N V S
S C V L T O R
B R V C E T I · F ·
5 S A C R V M · F · L · M

Sulevis Sulinus scultor, Bruceti f(ilius), sacrum f(ecit) l(ibens) m(erito)

Descripsi. I. Ward *philos. transact.* 49, 1755 p. 285 tab. 8 fig. 2 (inde Collinson 1 p. 13 tab.; Warner p. 32. 122 tab. 6; Goughs Camden 2 p. 118 tab. 8 fig. 11; Grotefend *Bonner Jahrb.* 18, 1852 p. 239); Lysons tab. 11 fig. 3; Scarth *assoc. journ.* 17, 1861 p. 9 ss. Aq. Sol. p. 52.

Sulinus Bruceti filius scul(p)tor (non enim cogitandum de cognomine Scultoris cum Wardio) a dea Suli nomen videtur accepisse. Cf. n. 43. Sulevae aliunde notae sunt, ut observavit Ward, qui titulum apud Fabrettium p. 690, 111 et Sponium misc. p. 107 contulit.

38. 39 In Bath a. 1790 in Stall Street detectae sunt reliquiae templi operis tectonici optimi, quae servantur in museo. Litterae sunt optimae et alte incisae saeculi puto secundi; fragmenta *a* et *b* panum diversa sunt a reliquis, ita ut non ad eiusdem epistylii titulum pertinere videantur; sed eiusdem aedificii esse probabile est propter similitudinem operis tectonici.

	<i>a</i>		<i>b</i>	
38	caput pilae in mo- dum columnae poricae striatum	D V	V M	
	<i>c</i>	<i>d</i>	<i>e</i>	
39	caput pilae ae- gutale atque ad a servatae	C · PROACIV s libo ti cI · ADIVS · LIGVR sacer(dotes) restituto c	DE · AE · SVLIS M in e r v AE · NMA · VEVST ate conlapsam s(ua) pec	OLEGIO · LONGA · SERIA annorum abolito aedem VNA · AEFICI · F · REPINGI · CV arunt idemque probarunt

C. Protaciu[s Libo Ti. C]laudius Ligur [sacer(dotes) restituto c]olegio longa seria [annorum abolito aedem] deae Sulis M[inerv]ae nimia vetust[ate conlapsam sua pec]unia refici et repingi cur[arunt idemque probarunt]

Contuli et supplevi. Collinson 1 p. 8 (inde Goughs Camden 1 p. 116) *c* et *d*; C. Englefield *Archaeologia* 10, 1792 p. 325. 330 *d* ex parte et *a* tantum exhibet; Pownall p. 11. 24 (inde *a* Gough in schedis Oxon.); Warner p. 29. 122. tab. 6. 7 *d* et *e*; Lysons rel. Brit. Rom. I p. I tab. 6 fig. 6 p. II tab. 2 et tab. 4 fig. 2 *b c d e* optime ut solet (inde Millin *ann. encycl.* 5, 1818 p. 149; ex Millino Orell. 2052 cum adnotatione Henzeni 3 p. 169) Carter *ancient architecture* p. 8 tab. 7 fig. O et Q *b—e* male; Scarth Aq. Sol. p. 19 ss.

Apparet supplementa quae proposui ex parte incerta esse; certum autem est v. 1 .. *audius* solvendum esse, non .. *adius*, unde magis de duobus sacerdotibus cogitandum, quam de uno C. Protacio fortasse Palladio Ligure. Quae deinde sequuntur restitui ad exemplum a Mommseno propositum, nam quanquam etiam cogitari potest de supplementis talibus *pro colegio longa seria annorum . . . aedem . . . nimia vetustate conlapsam*, tamen ablativi duplices et verborum collocatio insolens non facile defendentur. Observa *colegio* et *seria* formas, quarum haec nondum videtur observata esse inter permulta eius generis exempla, illa infra redit n. 49.